

Primus omnium hominum à Deo conditus est animo quidem immortalis, corpore
verò mortalis: quem Deus ipse ornatum similitudine sui, sicq; purissimum
omnis sceleris vespj iussit cunctis rebus sui amoenissimij hortj: Excepto dunta-
taxat fructu arboris eius in quo vita omnis latebat. à qua quidem sic ipsum
manus abstinere uoluit, ut quo die primum fructum eius attigisset, eodē
moreretur. Attigit autem: quamobrem cōtinuē mortuus est, deoq; similis esse
desijt. Hac itaq; prima mortis origo fuit. Quod verum esse probatur his verbis,
Quoties comederetis, morte moriemini. Quod autē deceptus comederit,
testatur locus proxime sequens, & sapiens ille thebraeus, his, Inuidia diaboli mors
intrauit in orbem terrarū. Sui accedit aliquot locis Paulus. Est ergo pulsus in
exilium homo ille cum posteris omnibus, ut ibi amisso copie coram, miserimus
experiretur labores omnes, omniāq; mala, eōq; modo sibi vultum quareret, tum
sudans, tum frigora patiens: famelicus saepe, saepe sitiens: semper miser. Sed Deus
tandem hunc adeo calamitosum hominem miseratus, omnibusq; modis infe-
licem, quam sentētiā ipse quidē tulisset, hanc ratam esse iussit: sed filiū
illum unicum, ac proinde sibi dilectissimū, dedit piaculū victimāque
tantj sceleris. Quā quidē tam admirabili & inusitata misericordie ratione
suum ipsius erga nos amorem multo magis cōmūcāuit quā si suā
suam rescidisset. Christus itaq; filius Dei, & adumbrante Spiritu sancto
conceptus, & à virgine natus, postremo in cruce sublatu, suo ipsius interitu
genus humanū à morte sempiterna vindicauit. Hinc prima ad vitam
resurrectio. cuius participes beatos dicere nō dubitauit Iohānes in Apocalyp.
eosdēq; à morte ad vitam transysse ait Cap. v. Euāgelij. Qui igitur in Christi
crucem spem omnem salutis suā posuerit, mortis secundā exers erit, ut
primē resurrectionis particeps: qui contrā tantum Dei beneficium con-
tempserit, is Christum iudicē tam impij ac cōtumesiosi cōtemptus habebit,
non autem redemptorem à publico interitu. Quod quidem Christi iudiciū
non publicj facinoris illius, sed priuatj cuiusque, vni mortis secundā ha-
bebit. Quamobrem hac erit secundā mortis origo.

Caluimus.

James C. Smith